

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

31. De Ascensione, Pentecoste.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

Epacta 24. vel 25ta. Tunc eæ transferendæ sunt in Fer. 3. Paschatis. Transferuntur autem in diem festum, ut populus commodius adsit. Non habentur in die Paschatis, ne populus impediatur Communione Paschali, nec tristari videatur in tanta solemnitate, & primo quidem Paschatis die exhibito colore violaceo, & Missâ cantata de lactu. *Litanie* tam multum significat ac *deprecatio*. Tempore Paschali occurunt *Litanie* *majores* festo S. Marci (licet contingat festum cum ejus Missâ transferri) & *minores*. *Majores* etiam *rogationes* dictæ. Eas instituit Romæ S. Greg. M. [ licet alibi ante ipsum fuerint ] ad S. Petrum ob pestem inguinariam, ex qua tunc moriebantur plurimi. Dictæ etiam sunt hæ *Litanie* *Processiones nigrae*. Quia in signum mœroris & pœnitentiae homines nigris vestibus induiti procedebant, Cruces item & Altaria nigris coloribus velabantur. Dicta etiam est *Processio septiformis*. Quia S. Greg. eam distribuit ad septem Ecclesiæ in septem ordines Clericorum, Religiosorum, Monialium, Puerto rum, Adolescentium, Viduarum & continentium, deinde Conjugatorum. De minoribus *Litaniis* V. c. 3. §. 5. n. 13.

31. *De Ascensione, Pentecoste.*

**N**Oto ex Gav. Tom. 2. Sect. 6, à c. 17. sequentia. 1mo. Vigilia Ascensionis non habet jejuniū, quia tempus Paschale est. Hinc etiam admittit *Te Deum*. In Ascensionis festo dicitur Antiphona ad quemlibet Psalmum, quia festum

festum hoc iter ad cælum repræsentat , ubi fer-  
vore caritatis opus est ; & quidem semper ma-  
gis intenso , qui in Antiphonis significatur &  
excitatur. *2dō.* Ob parem cum Paschate so-  
lemnitatē , & quia adhuc Paschale dūrat tem-  
pus habet Maturinum in Pentecoste tantū tres  
Psalmos & totidem Lectiones. Et numerus tunc  
ternarius percommode significat Mysterium SS.  
Trinitatis ob Baptismum , qui in Pentecoste da-  
tur. Ad *Tertiam* dicitur Hymnus *Veni Creator.*  
Quia hora tertia super Apostolos Paraclitus de-  
scendit. Et licet quotidie ad eandem horam  
invocemus eundem spiritum. Convenit tamen  
hoc die. Ut Hymno longiori & proprio festi  
eum invocemus , & ad nos invitamus. Non  
slectuntur genua Feria 4ta, 6ta & Sabbatho  
quatuor temporum ad horas , quia tempus ad-  
huc Paschale est , & ideo etiam dicitur *Te Deum.*  
De aliis per annum tam Dominicis quam Sancto-  
rum festis circa horas nil singulariter memo-  
randum occurrit præter ea, quæ de ipsis attulic.  
*3. §. 4. à num. 14.*

*32. Quomodo hora persolvende.*

**A**D extremum ratione horarum ritè persol-  
vendarum opto , ut sæpius rumines illud  
Ps. 46. *Psallite Regi nostro , psallite , p'sallite Deo*  
*nostro , psallite , quoniam Rex omnis terra Deus.*  
*Psallite sapienter.* Quinque hic repetitur psal-  
lite. Motivum adducitur . quia psallimus Deo  
& Regi nostro. Modus, quomodo psallendum,  
hoc uno verbo sapienter exprimitur. Modum  
hunc